V. I. D. FRANCISCI
BARONII
PANORMITANI
TOMVS SECVNDVS
DE
CITATIONE.

TOMVS SECVNDVS

DE CITATIONE

V. I. D.

FRANCISCI BARONII

PANORMITANI

OLIM PVBLICE IN PATRIA IVRA INTERPRETANTIS,
Et modo in ſupremis Siciliæ Regni Tribunalibus Aduocati,
Doctorumq; [illegible] petentium promotor [illegible]:

IN QVO CENTVM, ET DVODECIM SINGVLARIA
ad Citationis materiam ſpectantia exactè explicantur;

AC ADDITIONES AD PRIMVM VOLVMEN
ſuis in locis recte poſitæ continentur.

IN QVIBVS NONNVLLA PRACTICABILIA , ET IN FORO APPRIME
neceſſaria , non abs re dilucidantur .

DECISIONIBVS TAM M. R. C. [illegible] C. S. R. C. M. R. C. S. C. ET C. D.
quam aliorum Tribunalium illuſtrata.

Opus quippè Iuridicis, Procuratoribus, cauſarumque patronis minimè infructuoſum

Cum dupplici rerum memorabilium Indice Singularium vno, Additionumq; altero.

CVM PRI- VILEGIO.

PANORMI, Apud Cirillos. M.DCL.

Superiorum Permiſſu.

ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. ALFONSO AGRAZ

MARCHIONI LAGONIÆ

REGII PATRIMONII REGNI SICILIAE

PRAESIDI VIGILANTISSIMO

Viro virtute, atque ſapientia perfectiſsimo.

V.I.D. FRANCISCVS BARONIVS. S.P.D.

PRODIT ad litterariam publicam lucem ætate inferior, & ſecundo natus partu alter de Citatione liber, Illuſtr. Alfonſe, ſtatimq; ad tuę beneuolentię ſinum ſemel fęliciter expertæ, ita edoctus à Patre, lætus accurrit. Nec plane fas erat, neq; honeſtum eſse ducebam, quos vno vtero, vnoque pœnè conceptu formaueram, diuerſo licet ediderim partu, ijs non eamdem procurare fortunam: aut quos materiæ vtilitas iungit, diſtrahere honore patrocinij. Habuit etiam apud me non leue pondus, noua tuis antiquis meritis acceſsio dignitatis, vt nouum de Citatione laborem, tibi prę alijs conſecrarē. Non quod ex ijs ego fortaſse ſim, quos in mortalium cætu plures reperiri affirmabat Pompeius apud Plutharcum, qui nimirum libentius orientem ſolem, quã occidentem aſpiciant adorentque ſcilicet ambitioſis oculis noui Magiſtratus lucem potius, quam vetuſta merita venerentur: ſed quia priuatæ virtutis officium exiſtimaui publicam aliorum virtutem impenſius colere; eique, in quem fortuna (diuinam prouidentiam dico) honores merito cumulauit, exigua meę ſeruitutis repetere obſequia. Et ſane cum ſecundus hic liber ſit

pri-

TOMVS SECVNDVS DE CITATIONE

V·I·D. FRANCISCI BARONII PANORMITANI

Olim publice in Patria Iura interpetrantis, & modo in Supremis Siciliæ Regni Tribunalibus Aduocati.

DOCTORVMQVE ADVOCATIONEM PETENTIVM PROMOTORIS ELECTI.

In quo centum, & duodecim ſingularia ad citationis materiam ſpectantia exacte explicantur.

SINGVLARE PRIMVM.

SVMMARIVM.

---

1 *Citatio partis requiritur in exequutorijs reſcriptorum, & prouiſionum Regis.*
Tanto magis ſtante empara num.2.
3 *Reſcripta exequuntur quando non adeſt empara.*
4 *Reſcripta infra annum debent exequi.*
5 *Principum præceptis An ſit ſemper obtemperandum?*
Et quid de mandatis Summi Pontificis? num.6.
7 *Reſcripta contra publicam vtilitatem à nullo Iudice debent exequi.*
8 *Reſcriptum, quod deuiat à tramite iuſtitiæ exequi nõ debet.*
9 *Citatio partis, An requiratur in relatione Principi facieda?*
10 *Reſcriptum Principis contra ius tertij, ipſo non citato emanatum, non valet.*
11 *Conſultatione pendente cũ Principe, nihil eſt innouandum, & ſi ea pendente proceditur, omnia ſunt nulla.*
12 *Teſtes, An ſint admittendi in iudicio conſultationis?*
Conſultare, An liceat pluries, ſub num. 12.

A

13 *Re-*

ADDITIONES V. I. D. FRANCISCI BARONII PANORMITANI.

OLIM PVBLICE IN PATRIA
IVRA INTERPETRANTIS,

*ET MODO IN SVPREMIS SICILIAE
Regni Tribunalibus aduocati, Doctorumq; aduocationem
petentium promotoris electi.*

AD TRACTATVM AB EO EDITVM

DE CITATIONE

IN QVIBVS NON NVLLA PRACTICABILIA, ET IN FORO APprimè neceſſaria non abs re dilucidantur Deciſionibus, tam M.R.C., Trib. C. S. R. C., M. R. C. S. C., & C. D., quam aliorum Tribunalium Illuſtrata.

OPVS QVIPPE IVRIDICIS, PROCVRATORIBVS, cauſarumque patronis minimè infructuoſum.

CVM INDICE RERVM OMNIVM COPIOSISSIMO.

PANOMI, Apud Cirillos. M. DC. L.

Superiorum Permiſſu.

ILLVSTRISSIMO DOMINO

D·PETRO DE GREGORIO
EQVITI S· IACOBI
DVCI TRIMESTERIS AC
Supremi Conſilij Italiæ in Hiſpania Regenti Meritiſſimo.

V. I. D.
FRANCISCVS BARONIVS S·P·D·

NIHIL eſt, Ampliſſime vir, quod tua ſumma non mereatur virtus: nihil, quod tibi mea in te obſeruantia non debeat: nihil demum, quod non aut conferre tibi pro tua virtute, aut referre pro beneficijs per quam libentiſſime vellem. Verum nec illi maius præmium, quam laudes pręſtare mea tenuitas poteſt: nec iſta precioſiorem ſolutionem reddi, quam obſequium petunt. Et laudes quidem quot ex fontibus liceret haurire? quam largiſſime ſuppeditaret nobilitas, ingenium probitas? Enim vero triplici hoc ornamento ita effiore ſcis, Petræ; vt magnus inter Siciliȩ Dynaſtas iure haberi à quopiam debeas, & inter tuos clariſſimos atauos non omnino impar à Magno poſſis exiſtimari GREGORIVS. Poſſem, ſi te non compellaret epiſtola, nobiliſſima tuę familiæ ſtemmata exornare dicendo: poſſem, qua ſe longa gentilium ſeries occurreret, ſtylum in ſanguinem innocenter aduertere: ſed pungeret ſtylus modeſtiam tuã, nec omnino innocens illi eſſe liceret, qui te præ verecundia, ſanguine proprio purpuraret. Tu de tuis nobilis, de te nobilior, maiorem doces nobilitatem à meritis, quam à maioribus obtineri. Et ſane nihil ignaua tur-

ALLEGATIONES
I. V. D.
FRANCISCI BARONII
PANORMITANI
OLIM PVBLICE IN PATRIA IVRA
INTERPETRANTIS, ET MODO IN SVPREMIS
Siciliæ Regni Tribunalibus Aduocati.

DOCTORVMQVE ADVOCATIONEM
Petentium promotoris electi in cauſa.

REVENDICATIONIS
FEVDORVM IOANCAXI,
ET RAKALTVRCO.

PANOMI, Apud Cirillos. M. DC. L.

Superiorum Permiſſu.

ILLVSTRISSIMO DOMINO

DON

DIDACO MAROTTA

S. R. C. CONCISTORII

IN SICILIA PRAESIDI

Digniſsimo

V. I. D.

FRANCISCVS BARONIVS

S. P. D.

QVAE grauiſsimis doctiſsimorum virorum contentionibus, apud probiſsimos iudices, rectique tenaces, iam pridem agitata eſt cauſa feudalis Allegatione mea, nouis nunc lucubrationibus tantiſper expolita, ſub tui nominis auſpicio aſpicere lucem publicam non veretur, Illuſtrime Domine ac totius Orbis acre ſubire iudicium minime reformidat. Equidem ſi non à Sacræ Fidei teſtimonijs, quę humillime reueremur, planè conſtaret, inanem omninò eſſe vim fati, atque ab hominum inſcitia vltro ſibi impoſitas eſſe neceſsitatis leges; feudalem hanc Allegationem, cui ex tuo patrocinio maximam conciliari exiſtimationem haud dubito, eo genitam, partamque dicerem fato, tuo vt vnius nomine inſcriberetur. Nam & ſi olim præ cauſæ dignitate prælo committere illam oportuit, alijque iuſtis de cauſis dicare coactus fui; inſtinctu quodam cœlitus immiſſo publico tamen iudicio committere veritus ſum, quaſi non adhuc illuxiſſet fauorabile ſidus, cuius fauſto lumine famæ, pontus tutò illi peregrari poſſet. Nunc te videmus imò miramur ex ſapientiſsimo Aduocato, ex integerrimo Iudice Magnæ Regiæ Curiæ ſemel ac ſæpe, ex acertimo Aduocato Fiſcali Regii Patrimonii, miramur inquam, S.R.C. Sicilienſis Conciſtorii digniſsimum Pręſidem, quo in munere tantam gloriæ lucem adeptus es, vt non iam vulgare aſtrum in ſapientię Cælo, ſed velut

ad caſum vbi eadem militat ratio, ſed bene dicitur illum comprehendere, & eadem ratio decidit omnes caſu non per extenſionem, ſed per comprehenſionem numero. 12. 14. 15. 20. 25. 28.

Statutum loquens de vno caſu, vel perſona, ſi ponit rationem generalem, loquitur gratia exempli, & ratio generalis comprehendit omnes caſus, & perſonas, etiam ſi caſus, qui ſub ratione generali comprehenduntur, eſſent per aliam legem deciſi numero 19. 21. 26.

Statutum tunc reſtringitur ad caſum, & perſonam expreſſam quando non eſt eadem ratio in alio caſu num. 23.

Statutum factũ propter lites dirimendas eſt fauorabile, & reſpicit publicam vtilitatem num. 29.

Statutum introductum propter publicam vtilitatem etiam ſecundariam, tamquam fauorabile eſt extendẽdum etiam vbi alias non permitteretur extenſio, etiam ſi loqueretur cum dictione taxatiua num. 30.

Statutum introductum propter publicum fauorem comprehendit alios caſus eamdem rationem habentes numero 31.

Statutum quo ſoror per exiſtentiam fratris excluditur a ſucceſſione fratris ratione conſeruandæ agnationis ex idẽtitate rationis operatur, quod frater patruelis excludat ſororem patruelẽ a ſucceſſione fratris patruelis nu. 37.

Statutum etiam correctorium, ex identitate rationis comprehendit caſus habentes ſimilem rationem, quando ratio eſt expreſſa in ſtatuto num. 39.

Statutum etiam ſi loquatur reſtrictiue, extenditur ex identitate rationis numero 40.

Statutum pœnale extenditur ex identitate rationis num. 41.

Statutum loquens in vno caſu extenditur ad alium de quo veriſimiliter ſi ſtatuentes cogitaſſent vel interrogati fuiſſent ita ſtatuiſſent num. 42.

Statutum ſtante generalitate; & paritate, rationis vltra caſum expreſſum, alios comprehẽdit, etiam ſi loquatur per verba reſtrictiua num. 49.

Statutum loquens de feudatario comprehendit perſonam, quæ habet actionem ad ipſum feudum nu. 92.

Subſtitutio vna declaratur per aliam in eodem teſtamento ſubſecutam n. 80.

T

Tempus mortis vltimi poſſeſſoris, non tempus petitionis attenditur in ſucceſſione feudi num. 107.

Tranſactio facta ab hærede grauato quãdo noceat ſucceſſoribus numer. 115. & 116.

Tranſactio de re clara fieri non poteſt num. 117.

FINIS.

PANORMI, M. DC. L.

Apud Cirillos.

Impr. Salernus V.G. *Impr. de Denti. P.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA